



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

CLXXX. Jnnocentius IV. Anno Christi 1243. Federici II. 24. Balduini II. 17.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

Spoleti relatus in Sanctos. Vide Gregorii IX. Constitutionem 4. in eam Comment. Cardinalis Petræ ad Constitut. Apostol. tom. 1. pag. 289.

CLXXIX.

CÆLESTINUS IV.

ANNO CHRISTI 1241.

FEDERICI II. 22. BALDUINI II. 13.

CÆLESTINI IV. Pontificatus intra dies decem septemque exactus est.

Rebus Ecclesiæ præfectus X. Kal.

Octobris, moritur VIII. Idus men-

sis ejusdem nondum consecratus.

Fuit Mediolanensis, *Gaufridus Casti-**lionæus* antea dictus, natus patre *Jo-**anne Castilionæo*, & matre *Cassandra**Cribella* Urbani III. sorore.

Rayn. an.
1241 §.
87
Spond.
§. 15. 18.

CLXXX.

INNOCENTIUS IV.

ANNO CHRISTI 1243.

FEDERICI II. 24. BALDUINI II. 17.

Post excessum Cælestini IV. ex

hac vita menses fermè viginti

interregnum fuit. Alii aliam ejus rei

causam comminiscuntur. Tandem

Simbaldus Fliscus Genuensis anno

1243. VIII. Kal. Jul. Anagninæ cre-

atus

Rayn. an.
1242. §. 10.
Spond.
§. 16

- Rayn. an. atus est Pontifex *Innocentii IV.* nomi
 1242. §. 1. ne. Novam, summamque dignitatem
 1243. §. 1. huic gratulatus est Federicus II.
 10. 13. missisque Oratoribus suum erga Ro-
 Spond. manam Ecclesiam studium professus.
 §. 1. 3. 5. Innocentius, qui concordiam Sacer-
 dotii & imperii peroptabat, suos &
 ipse ad eum Legatos misit acturos
 de pace. Quin haud multo postea
 cessit ad civitatem Castellanam, ut
 Rayn. an. propius cum Imperatore, qui se con-
 1244. §. 32. 37. tulerat Interamnam, iniret rationem
 Spond. reconciliationis. At cognito, parati
 §. 2. 3. sibi ab illo insidias, maritimo itinere
 Rayn. an. se recepit in Galliam, & Concilium
 1248. §. 52. generale indixit Lugdunum. (1) Idem
 An. 1250. ratum esse voluit jus concessum ab
 §. 32. 33. Hadriano II. & Ioanne VIII. cele-
 Spond. brandi *Missam Officiumque divinum*
 §. 17. 18. linguâ Sclavonicâ. Idemque *primus*
 19. *Rosam auream solemnî ceremoniâ ac riu*
 Rayn. an. *benedixit.* (2) Federico II. sublatò
 1251. §. 1. è vivis, (3) regressus est in Italiam,
 11. Spond. §. 3. cum annos ferè septem Lugduni
 mansisset. (4) Conradum post mor-
 tem Federici Patris Imperium af-
 fectantem eiecit communionem Chri-
 stianorum: quem anathemate inno-
 datum frater ejus nothus veneno ne-
 cavit

cavit, Quod ubi Innocentius rescivit, continuò animum convertit ad Neapolim, Capuam, aliásque Regni illius Urbes recipiendas in potestatem. Itaque præmissò exercitu valido, contendit Neapolim, admissus benigne, susceptusque honorificè. Eâ in Urbe morbum nactus, anno 1254. VII. Idus Decembr. moritur, sepeliturque in Templo majore, Pontificatûs *anno undecimo mense quinto, die decimo quarto (5)*

ANNOTATIONES.

(1) Oecumenicum XIII Lugdunensè I. Conc. Oecum. XIII. celebratum anno 1245. Præfuit Innocentius IV. Adfuere præter Cardinales Patriarchæ tres, Constantinopolitanus, Antiochenus, & Aquilejensis, Episcopi centum circiter & quadraginta, Balduinus II. Imperator, Constantinopolitanus, Regum Franciæ, Angliæ, & aliorum Principum Oratores. Tribus Actionibus perfectum est. In Prima Innocentius multa dixit de constituendis moribus Præsulum, ac tyrannide Federici II. coërcenda: in altera Episcopus Calamensis enarravit ejusdem Imperatoris crimina gravissima, propter quæ in tertia Actione confixus est anathemate, Regnóque Siciliæ, ac Imperio depulsus. Condicti canones decem septémque. Ex his duodecim judicia regunt Ecclesiastica, ideóque à Bonifacio VIII. relati in librum sextum Decretalium.

Rayn. au,
1254. §.
45. 64. 69.
Spond.
§. 2. 3. 4. 5.

cretalium. Reliqui sunt de subditiis militandis periclitanti Latinorum Imperio Constantinopoli, Tartaris arcendis à finibus Christianorum & *Crucesignatis*, etiam inhibito anathemate, cogendis ad votam profectioem in Palæstinam. Decretæ expeditioni sacræ Dux præfectus S. Ludovicus IX. Rex Gallorum. *Illud præterea sancitum fuit, ut dies natalis B. Mariæ Virginis, Dei que Matris octo dierum spatium celebraretur, ut est apud Labbeum tom. 11. Conc. pag. 636. Rubeus quoque gærus Cardinalibus datus traditur, quo Pontifex eos admonitos esse voluit, paratis omni tempore esse debere sanguinem fundere pro Christiani populi libertate tuenda, ut ait Gaguinus de Francorum Regum gestis lib. 7. pag. 112. Nicolaus de Curio coævus Innocentio IV. in ejus vita cap. 21. tom. 3. Scriptor. Rer. Italic. pag. 574. Pontifex post Concilium anno secundo Cuiacum iivit cum Rege Franciæ, & ipsius fratribus locuturus; ubi Domini Cardinales primò Capellos rubeos receperunt, sicut in illo Concilio fuerat ordinatum. In eodem Concilio jus eligendi Imperatorem, quod Gregorii V. concessione erat commune omnibus Principibus Germaniæ, Septemviris peculiare factum fuisse, addunt aliqui. In his Baronius ad ann. 996. s. 64. Vide annotat. 2. ad Gregorium V. Petrus de Marca lib. 4. De Concordia cap.*

cap. 17. § 5. *Primus omnium, qui appellatione ad futurum Concilium usus est, prodit sese apud Historicos Fridericus II. Imperator, qui ad Concilii cognitionem evocatus à Gregorio IX. & ab Innocentio IV. ob dissidium cum Ecclesia Romana, de hæresi & aliis facinoribus delatus, Thaddæum legatum suum ad Concilium Lugdunense misit anno millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto.*

(2.) Auctor vitæ Innocentii IV. apud Lab. tom. 11. Conc. pag. 598.

At valde recens est, inquit Pagius in vita ejusdem Pontificis §. 28. cum citet Platinam, qui exeunte Sæculo XV. scripsit, ideoque maximam fidem non meretur; ciam præsertim in Ordinibus Romanis (apud Mabillonium tom. 2. Musei Italici) quorum unus est Cencii Camerarii, & ultimus Petri Amelii, qui adhuc in vivis erat anno 1398. ut ostendit Mabillonius in annotatione ad illum, ejusmodi solemnæ benedictionis ne levis quidem mentio reperiat, ex quo non malè quis deduceret, illius Rosæ benedicendæ consuetudinem post annum 1400. invaluisse.

Etsi autem Pontifices tardiùs instituerunt ritum benedicendi in Dominica quarta Quadragesimæ Rosam auream; attamen jam inde ab Urbano II. ac fortasse usque ab Leone

Leone IX. musco & balsamo plenam eo de-
gestare consueverunt, ut docet Edeundus
Martene De antiqua Ecclesie disciplina cap.
19. §. 17. & Pagius in Vita Urbani II. §. 66.

Quid verò Rosa hæc, aurum, muscus
& balsamum, quæ sunt intus in ea, & quod
tali die portatur, significant, diligentem in-
quisitori servatur: Auctor Ceremoniarum
editi jussu Gregorii X. apud memoratum
Mabillonium pag. 236.

(3) An ipsum pœnituerit, parùm con-
stat: certum tamen est, testamento mandasse
Conrado filio suo, ut ditionem, aliisque
jura, quæ injustè se invasisse fatetur, Ec-
clesiæ restitueret. Raynaldus ad an. 1150.
§. 32. 33.

(4) In regressione ea, Mediolani cum esset
mandavit Episcopo Culmensi, ut Lithuanie
Ducem Mindanum, qui ditionem suam
subjecerat Ecclesie Romanæ, coronaret in
Regem: Raynaldus ad an. 1251. §. 46.

(5) Extinctum cælesti ultione tradit
Cantipratensis ob Prædicatorum, & Mi-
noritarum privilegia rescissa, repentinè
percussum paralyti vocis officium ad mor-
tem amisisse. Sed hæc aliæque hujusmodi
conficta fuisse, quivis prudens animadvert-
tere poterit Raynaldus ad an.

1254. §. 70.

FINIS PARTIS II.